



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

A.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)



A.

A B O R T V S.



ABORTVM procurans malis medicamentis, non gaudet immunitate Ecclesiastica. S. Congreg. Concilij, 3. Decembris 1632.

Absolutio.

Absolutio à censuris ex causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ est reservata Summo Pontifici. Die 13. Iulij 1638. Liciensis: lib. 3. decr. Paul. fol. 66. à tergo.

Auditor Cameræ non potest dare hanc absolutionem, nec cætera Tribunalia Vrbs. Die 4. Augusti 1626. Romana: lib. 1. decr. Paul. fol. 10.

Absolueri facultas non debet concedi Ordinario inferiori, sed Episcopo viciniore. Die 23. Augusti 1632. Melitenis: lib. 2. decr. Paul. fol. 137.

Episcopus absque facultate S. C. non debet committere absolutionem cum reincidentia, secus incidit in excommunicationem. Die 3. Decembris 1632. Cassanensis: lib. 3. decr. Paul. fol. 5.

Neque ratione infirmitatis, nisi sit periculosa, Die 6. Februarij 1635. Lycienis: lib. 2. decr. Paul. fol. 216.

Neque in honorem festivitatis. Die 27. Martij 1635. Aversana: lib. 2. decr. Paul. fol. 220. à tergo.

Absolutio non datur, nisi expressis nominibus. Die 1. Octobris 1632. Compšana: lib. 4. decr. Paul. fol. 199.

Iubileum non suffragatur excommunicationis in foro fori. Die 17. Decembris 1630. Aquilana: lib. 2. decr. Paul. fol. 67. In vna Mediolanensi, die 27. Ianuarij 1632.

lib. 2. decr. Paul. fol. 113. In vna Nascana, die 6. Februarij 1635. lib. 2. decr. Paul. fol. 217.

Breue Pœnitentiariæ non suffragatur excommunicationis in foro exteriori. Die 9. Octobris 1629. Grauinensis: lib. 2. decr. Paul. fol. 8. à tergo. In vna Maricana, die 7.

Septembris 1638. lib. 3. decr. Paul. fol. 72. In vna nullius Terlitij, die 12. Ianuarij 1649. lib. 4. decr. Paul. fol. 69. à tergo.

Absolutio aliquando datur cum pœna soluendi elemosynam. Die 29. Octobris 1628. Salernitana. In vna nullius Orbitelli, die 29. Octobris 1624. lib. 1. decr. Paul. fol. 110. à tergo.

Nec est concedenda vigore Iubilæi. Die 14. Octobris 1630. S. Marci: lib. 2. decr. Paul. fol. 63.

Absolutio cum facultate S. C. datur aliquando cum reincidentia in honorem festivitatum. die 3. Aprilis 1632. Britinotiensis: lib. 2. decr. Paul. fol. 120. à tergo. In vna Cassanensi, die 19. Decembris 1634. lib. 2. decr. Paul. fol. 112. In vna Caiacensi, die 24. Martij 1627.

lib. 1. decr. Paul. fol. 42. à tergo.

Absolueri facultas datur aliquando per substitutum. Die 21. Septembris 1633. Asculana: lib. 1. decr. Paul. fol. 170. à tergo. Aliquando datur facultas Episcopo subdelegandi absolutionem. In vna Baronenis, die 7.

Augusti 1637. lib. decr. Rocci, fol. 22. à tergo.

Absolutio datur aliquando cum cautione de soluendo damna. Die 22. Septembris 1633. Asculana: lib. 2. decr. Paul. fol. 200. In vna Oritana, die 5. Maij 1637. lib. 3.

decr. Paul. fol. 32. à tergo.

Absolutio est personaliter petenda. Die 8. Aprilis 1636.

Nucerina: lib. 3. decr. Paul. fol. 2. In vna Aprutina, die 5. Martij 1641. lib. 3. decr. Paul. fol. 139.

Lapso termino absolutionis cum reincidentia, Ordinarius debet affigere cedulones contra iam absolutos. Die 12. Decembris 1634. Parensis. In vna Alexanensis, die 17. Ianuarij 1634. lib. 2. decr. Paul. fol. 211. à tergo, & fol. 181.

Excommunicati ob extractionem factam ab Ecclesia, cum aliquando extracti fuerunt ab eisdem occisi, ex quo Ecclesia non potest reintegrari, possunt absolui in foro conscientie; in foro autem exteriori fuit variatum. Die 13. Decembris 1633. Oppidenis: lib. 2. decr. Paul. fol. 180.

Commisarius Nuntij non potest absolvere à censuris. Die 10. Iulij 1640. Melfensis: lib. 3. decr. Paul. fol. 123. à tergo.

Nec potest absolvere ob non solutionem decimarum Locumtenens A. C. Die 29. Maij 1629. Beneventana: lib. 1. decr. Paul. fol. 183.

Locumtenens A. C. non potest absolvere ab excommunicatione reservata. Die 29. Maij 1629. Catacensis: lib. 1. decr. Paul. fol. 183. à tergo.

Facinorosus non est absolueri ab Episcopo cum facultate Summi Pœnitentiarij. Die 27. Maij 1654. Avellinensis: lib. 5. decr. Paul. fol. 40.

Exactores onerum ab Ecclesiasticis non sunt absolueri, nisi præcedente restitutione omnium exactorum. Alexandrina: lib. decr. Paul. fol. 38.

Absolutio multorum concurrentium in vno crimine quomodo est conferenda. Die 13. Augusti 1647. Barrensis: lib. 4. decret. Paul. fol. 22. à tergo.

Absolutio diuersorum delinquentium datur secundum qualitatem delictorum. Die 10. Nouembris 1648. Episcopi Regni: lib. 4. decr. Paul. fol. 64. à tergo.

Petentes absolui ab excommunicatione, sunt absolueri in forma Ecclesiæ consueta. Die 9. Nouembris 1626. Caietana: lib. 1. decr. Paul. fol. 21. à tergo.

Absolutio ab excommunicatione non prodest, nisi sequatà restitutione & reintegratione Ecclesiæ. Die 9. Octobris 1629. Laudensis: lib. 2. decret. Paul. folio 9.

Tria requiruntur, vt quis legitimè absolui possit ab excommunicatione reservata. Die 2. Iulij 1630. Alessana: lib. 2. decr. Paul. fol. 46. à tergo.

Excommunicatus mortuus potest absolui in forma iudicij. Die 23. Septembris 1653. Nietnensis: lib. 5. decr. Paul. fol. 21.

Excommunicatus mortuus, si signa pœnitentiæ dederit, potest absolui. Die 14. Septembris 1626. Ianuenis: lib. 1. decr. Paul. fol. 15. à tergo.

Circa absolutionem excommunicati demortui seruanda est dispositio capitis finalis de sepult. Mediolanensis: lib. 2. decr. Paul. fol. 150. à tergo.

Qui habent priuilegium à Sede Apostolica absolueri à casibus, & censuris reservatis, non possunt, etiam virtute huiusmodi priuilegiorum, absolueri extra Urbem in Italia.

A casibus Episcopo reservatis.

A 2

A cas

A casibus Bullæ Cœnæ.

A percussione Clericorum.

A violatione clausuræ monialium ad malum finem.

Ab excommunicatione Gregor. XIV. ob violationem Ecclesiasticæ immunitatis.

Ab excommunicatione duelli in casibus contentis in Concilio Tridentino, & Constitutione Gregorij XIII. *Ad tollendam.*

Ab excommunicatione ob simoniam realem scienter contractam.

Ab excommunicatione contracta ob confidentiam beneficalem.

Ita S. Congregatio Episcoporum, ac Regularium negotiis præposita, declarans, non posse etiam Episcopos.

Absolutio ab excommunicatione dari debet satisfactâ parte, vel quando delinquens fuit sufficienter punitus, etiam à Iudice seculari. S. Congreg. Episc. in Triuehtina, 17. Aprilis 1602. & in Beneuentana, 27. Martij 1653.

Absolutio excommunicationis fulminatæ pro delicto non valde graui, priuatim dari debet. S. Cong. Episc. in Sueffana, 20. Nouembris 1654.

Absolutio à censuris ob violatam immunitatem Ecclesiasticam, iuxta constitutionem san. mem. Greg. XIV. quæ incipit, *Cum alias nonnulli*, est Sedi Apostolicæ referuata. S. Congregatio Concilij sub anno 1617.

Constituto de signis poenitentia datis ab excommunicato, & de satisfactâ parte, potest absolui in forma ad tenorem capituli *Anobis 2. de sent. excomm.* & tradi Ecclesiasticæ sepulturæ. S. Congr. Immun. in Tarentina, 17. Augusti, 1669.

Absolutio à censuris debet concedi omnino gratis, etiam in foro exteriori, excepto eo, quod debetur Notario pro mercede, & Iudici pro decreto. S. Congr. Episc. in Neocastrensi, 27. Iulij 1618.

Et si in absolutione excommunicationis referuata commutentur expensæ itineris, & incommoda Romam veniendi in aliquam elemosynam. S. Congr. super Episc. in Mediolanensi, 22. April. 1603.

Urbanus VIII. aliquando imponi iussit elemosynam pro Metropolitana Salerni, conuertendam in paramenta, vel lampadem. S. Cong. Immunit. 28. Octobris 1628.

Licet absolutio Sacramentalis data sub conditione de futuro, sit nulla, absolutio tamen à censuris data sub conditione de futuro, non solum est valida, sed etiam licita, maxime existente iusta causa; puta, quia postea non patebit aditus ad superiorem. Item licet absolutio à censuris differat à Sacramentali peccatorum absolutione, etiam in hoc, quod ex causa dari possit etiam inuitis, antea tamen curari debet, ut delinquentes errorem suum recognoscant, & absolutionem humiliter petant. S. Congreg. Episcop. in Canensi, 6. Septembris 1604. & 18. Martij 1649.

Absolutio censurarum, & dispensatio irregularitatis ad cautelam dari solet, quando reus allegat probabilem causam nullitatis earum, & sic quando dubium est, an inciderit; & ab eo Iudice, qui certas personas absolvere posset, excepto interdicto locali generali, à quo non datur absolutio ad cautelam. Ante tamen causam finitam debet præstari cautio de stando iuri. S. Congreg. Episcop. in Anagnina, 3. Maij 1647. Et datur secretò absque solemnitate iudiciali. S. Congr. Episc. in Neapolitana, 17. Iunij 1577.

Multi sunt casus, in quibus quis antequam causa plenè cognita fuerit, absolui potest cum reincidentia, præstata promissione de patendo, & stando iuri.

Primus, quando petitur ab Ordinario, vel ab alio in-

formatio, maxime cum præcipitur transmissio processus. S. Congreg. Episc. in Tarracineni, 5. Maij 1645. in Martoranensi, 11. Maij 1646. in Montisfasci, 18. Septembris 1648.

Secundus, quando adest fumus boni iuris eius, qui recurrit. S. Congreg. Episc. in Boianensi, 16. Februar. 1646. in Monopolitana, 3. April. 1649. & iterum in Boianensi, 30. Septembris 1650.

Tertius, quando Ordinarius excommunicauit in causa propria, dum non tractatur de decimis. S. Congr. Episc. in Larineni, 21. Septembr. 1646.

Quartus, quando sunt excommunicati ob non exhibitionem librorum Confraternitatis, quos asserunt non esse in suis manibus. S. Congreg. Episc. in Scalenfi, 27. Martij 1647.

Quintus in honorem alicuius magnæ festiuitatis, præsertim Resurrectionis, & Natiuitatis Domini. S. Congreg. Episc. in Ianuensi, 4. Martij 1603. in Vmbriaticensi, 16. Martij 1621. in Rimenensi, 3. Aprilis 1648.

Sextus propter aliam iustam causam. S. Congreg. Episc. in Salernitana, in Tropienfi, & in Nouariensi, 1601. in Ianuensi, 2. Iulij 1602. in Vulturariensi, 23. Decembris 1603.

Licet Excommunicatus propter aliorum offensam non debeat absolui neque in foro exteriori, neque conscientia, nisi prius satisfactâ parte, vel concordatâ, & si fuit offensa libertas, vel immunitas Ecclesiastica, nisi omnibus in pristinum restituitis: si tamen excommunicatus est paratus satisfacere, vel si tunc non possit, vult præstare cautionem idoneam per pignora, vel fideiussores, vel si hæc non possit, saltem per iuramentum, debet absolui, licet pars offensa nolit acceptare satisfactionem. Imputari namque non debet ei, per quem non stat, si non facit quod per eum fuerat faciendum. S. Congreg. Episcop. in Melitenfi, 4. Augusti 1579. in Bergomenfi, 6. Decemb. 1606. in Sulmonensi, 12. Martij 1619.

Maxime si quis fuit excommunicatus pro manifesto excessu, tunc enim non debet absolutio concedi, nisi prius Ecclesiæ satisfiat. S. Congreg. Episcop. in Barrensi, 12. Iunij 1577. in Catacensi, 5. Nouembris 1602.

Excommunicati verò ob carcerationem Clerici non debent absolui vsque ad integram satisfactionem expensarum, si sunt liquidæ, licet haberent Bullam S. Poenitentiarie. Si verò non sunt liquidæ, debent absolui cum idonea cautione alicuius personæ Ecclesiasticæ in forma depositi. S. Congreg. Episc. in Telefina, 20. Febr. 1613.

Iudex autem laicus, vel eius executor, excommunicatus ob carcerationem Clerici, non debet absolui, donec illum restituerit, licet asserat se illum Regiæ Audientiaë consignasse, ideoque restituere non posse. Quia hæc non reputatur excusatio legitima, propter suspicionem collusionis. S. Congreg. Episcop. in Laquedonenfi, 22. Martij 1614.

Nec sufficiat si restitutio, vel relaxatio fiat sub fideiussione, sed debet liberè dimitti, seu restitui. S. Congr. Episc. in Crotonensi, 3. Augusti 1618.

Quidam Gubernator, qui extractum maiori iudici consignauerat, fuit absolutus ad annum cum reincidentia. S. Congreg. Episcop. in Sulmonensi, 23. Febr. 1612.

Non prohibetur Episcopus, vel alius Superior affigere cedulones, & punire excommunicatum, licet fuerit in foro conscientiaë absolutus, vel cum Breui S. Poenitentiarie, vel cum Bulla Cruciatæ, aut lubilæ, vel in vim capituli *liceat 6. sess. 24. Concilij Trid.* vel alio quocumque modo. Quia isti duo fori sunt separati,

Additiones nouissimæ. Lit. A.

5

cati, & actum in vno non generat præiudicium in alio. Potest tamen Iudex Ecclesiasticus absolutionem in foro conscientie datam etiam pro foro exteriori ratam habere, nisi hoc redundet in præiudicium partis. S. Congr. Episc. in Compsana, 14. Iulij 1619 in Oppidenf, 8. Maij 1621, in Melitenf, 30. Septembris, 1622.

Aduarium. Vide Familia.

Aduarius Archiepiscopi gaudet privilegio fori. Die 20. Iulij 1655. Beneuentana: lib. 5. decr. Paul. fol. 70.
Si est Clericus, gaudet exemptione ab oneribus. Die 30. Ianuarij 1630. Taurinenf: lib. 2. decr. Paul. fol. 27. à tergo.

Aduocatus

Aduocatus Fiscalis Curie Episcopalis gaudet privilegio fori. Die 4. Decembris 1629. Bellicastrenf: lib. 2. decr. Paul. fol. 16.
Aduocati Ecclesiastici non debent prestare iuramentum per Senatum Taurinense præsum. Die 24. Ianuarij 1645. Taurinenf: lib. 3. decr. Paul. fol. 244. à tergo.
Clerici, qui aut beneficiati, aut in Sacris Ordinibus constituti sunt, coram Iudice seculari postulare prohibentur, nisi pro se, vel Ecclesia sua, vel coniunctis, vel miserabilibus personis, si necessitas imminet: nec Episcopus talem licentiam eis concedere potest. S. Congr. Episc. in Iuuenacenf, 16. Febr. 1603.
Domi tamen consulere possunt absque salario, tam verbo, quam scriptura, dummodo non contra Ecclesiam suam. S. Congr. Concilij, 19. Iulij 1619.
Item Clericis in minoribus non beneficiatis prohiberi non debet adnotationis, vel procurationis officium exercere, etiam coram Iudice seculari. S. Congr. Episc. in Firmana, 28. Februarij 1589. & in Camerinenf, 14. Aprilis 1615.
Aduocatus pauperum Curie Episcopalis gaudet privilegio fori. S. Congr. Immun. in Interamnenf, 17. Iulij 1668.

Affluarium.

Affluarij Ecclesiasticorum gaudent exemptionibus pro bonis ipsis Ecclesiasticis competentibus. Die 27. Septembris 1632. libr. 2. decret. Paul. fol. 139. Fanenif.
Affluarius Molendini Mensæ Episcopalis, vti Minister, & de familia Episcopi, gaudet privilegio fori. Die 29. Ianuarij 1636. Interamnenf: lib. 2. decr. Paul. fol. 141. à tergo.
Affluarij Ecclesiasticorum non tenentur ad gabellam pro fructibus recolectis in eorundem bonis. Die 14. Februarij 1628. Agrigentina: lib. 1. decr. Paul. fol. 83. à tergo.
Affluarius Abbatie non tenetur ad gabellam transitus pro frumento recolecto in Terris eiusdem. Die 4. Decembris 1657. Afflisenf: decr. Rocci fol. 47. à tergo.
Simplex Affluarius non gaudet privilegio fori. Die 30. Martij 1666. Terracinenf: lib. decr. Borromei fol. 154.

Affida pro animalibus Ecclesiasticorum.

Animalia propria Clericorum non tenentur ad affidam. Die 10. Septembris 1629. Firmana: lib. 2. decr. Paul. fol. 5.
Retinens ad societatem animalia Ecclesiasticorum gaudet exemptione à solutione affidæ, & aliarum im-

positionum. Die 9. Octobris 1629. in Spoletana: lib. 2. decr. Paul. fol. 10. à tergo.

Circa affidam in provincia Marchie seruanda est consuetudo cuiusque loci. Est impressum.

Animalia Ecclesiasticorum sunt exempta à gabellis. Die 29. Maij 1634. in Auximana: lib. 2. decr. Paul. fol. 190.

Sunt etiam in totum immunia à gabellis communitatis: ibidem, &c.

Subhastatio facta super animalibus Clerici pro portione bonorum fratris secularis, cum quo viuit, est invalida. Die 26. Augusti 1636. in Sorana: lib. 3. decr. Paul. fol. 13. Vide Pasqua.

Clerici non tenentur ad onus affidæ. S. Congr. Immun. in Ostunenf, 22. Octobris 1667.

Alienatio.

Non potest nec quidem fieri permutatio inter vnā, & aliam Ecclesiam, etiam si bona, quorum dominium acquisitum est ab Ecclesia, aliis antea obligata essent. Hanc opinionem sequitur S. Congr. Concilij, & Rota Romana.

Alicubi solus Episcopus privilegium concedit decimas non soluendi, vel minus soluendi, licet hoc S. Congregatio nunquam probare voluerit, vt est videre in Spoletana, 16. Iulij 1601. & in Reatina 1. Octobris eiusdem anni.

Bona Monasterio acquisita non possunt alienari ex quibuscumque privilegijs, quæ reuocata sunt per decretum S. Congregationis Concilij, confirmatum ab Urbano. VII. 7. Septembris 1624.

Itavt Regulares neque ad cambium accipere possint, ex alio eiusdem S. Congreg. Concilij decreto, 21. Martij 1626.

Constitutiones Urbane cap. 4. tit. 2. §. 7. quæ concedunt Guardianis Minorum Conuentualium facultatem accipiendi pecuniam mutuam propter urgentes Conuentuum necessitates, non idem concedunt eis facultatem hypothecandi bona eorundem Conuentuum. S. Congr. Regul. 3. Octobris 1652.

Neque propter quamcunque necessitatem conceditur Monialibus licentia alienandi stabilia. Quia esset Monasterium velle suppressere. S. Congr. Episcop. 6. Septembris 1604. in Nucerina.

Facultates canonis Terrulas, non competunt superioribus Regularium, præsertim post supradictum decretum. Eadem S. Congr. in dicta Nucerina, 10. Ianuarij 1653.

In specie prohibentur strictiori prohibitione alienari domus Parochorum, & alia prædia Ecclesie vicina. S. Congr. Episcop. in Parnouenf, 7. Octobris 1602. Præsertim in Rectorum consanguineos, vel affine ex copula licita intra gradus prohibitos in materia atrimonij. Eadem S. Congr. ibidem.

Consumentes, vel expendentes dores sup anumeratias sine licentia, licet in vtilitatem, incurrunt in excommunicationem, à qua non absoluntur, nisi onere restituendi tantundem. S. Congr. Episcop. in Aretina, 24. Martij 1597. & 17. Septembris 1601. Abbatissa autem suspenditur ab officio, vel si non est amplius in officio, punitur alijs pœnis. Depositarij verò, qui illas exbursauerunt contra tenorem licentiarum, coguntur ad soluendum de nouo. S. Congr. Episc. in Mediolanenf, 4. Augusti 1603.

Non possunt propria autoritate incidi arbores solo adherentes. Quod si huiusmodi arbores sunt syluæ cædua, solita cædi certis temporibus, potest propriâ autoritate incidi, secundum solitum, sed non aliàs, putà triennio soluta cædi, non cædatur annuatim. Si

A 31 verò

verò sylva non est cædua, sed tamen ex incisione huiusmodi dilataretur, & redderet fructus ampliores, vel solum reduceretur ad culturam, tunc Episcopus debet mandari capi per peritos informationem de utilitate, quæ ex huiusmodi cessione resuleret, & postea de hoc in capitulo tractare. Quod si resolveret, faciendum esse, extendatur resolutio, & decretum huiusmodi ab actuario capituli, & postea cædantur arbores deputando depositarium pecuniæ, quæ ex illarum venditione redigeretur, ut erogetur in id, quod magis utile, vel necessarium videbitur ad beneficium mensæ, vel Ecclesiæ. S. Congr. Episcop. in Nussana, 29. Maij 1590.

Quare non permittitur arbores cedere Sylvæ Capitularis non cæduæ ad diuidendum pretium inter Capitulares, licet cæssio necessaria esset; quia implicari debet in beneficium Mensæ Capitularis. S. Congr. Episc. 11. Iulij 1594. in Melphitensi. Reinuestiundo pretium in stabilibus, vel censibus securis. S. Congr. Episc. in Tolentina, 13. Maij 1603. Pro quo licet aliquando soleat obtineri facultas à S. Congr. Episcoporum, & Regularium, vel Concilij; hoc tamen fit solum ad maiorem cautelam, quia sufficit licentia Episcopi, cuiuscumque quantitatis sint ligna cædenda, dummodo id cedat in evidentem Ecclesiæ utilitatem, & pretium implicetur, ut supra. Eadem S. Congreg. Episcop. locis citatis.

In alienationibus bonorum Hospitalis, Confraternitatis, Collegij, Congregationis, vel Oratorij erecti auctoritate Episcopi, sunt necessariae solennitates requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiasticorum, & præsertim beneplacitum Apostolicum in re non levis momenti. S. Congr. Episc. in vna ciuitatis Castellane, 2. Augusti 1641. & 30. Augusti 1642.

Prelatus absque beneplacito Apostolico, sed seruatis alijs seruandis, præiudicare potest Ecclesiæ suæ in requirendis, puta renunciare substitutionibus in favorem Ecclesiæ factis in casu mortis, vel defectionis lineæ, vel non implementi oneris primi instituti. S. Congr. Episc. in Callien, 27. Iulij 1605.

Signanter bona Ecclesiæ nondum incorporata alienari possunt sine solennitate ad dissoluendum æs alienum hereditatis. S. Congregat. Episc. in Imolen, 5. Februarij 1602.

In reparui momenti, *can. Terrulas*, 12. q. 2. cui per extrauagantem *Ambrosio*, non censetur derogatum, dummodo concurrat necessitas, vel euidens utilitas Ecclesiæ, & prædium alienandum non valeat ultra 25. aureos. S. Congr. Episc. in Faentina, 22. Maij 1601. in Messanen, 29. Nouembris. 1613.

Quam tamen facultatem S. Congregatio censuit non competere Superioribus Regularibus, præsertim post decretum superius relatum de rebus Regularium non alienandis. Eadem S. Congr. Episc. in Nucerna, 10. Ianuarij 1653.

Item bona Ecclesiæ diuidi non possunt ad hoc, ut fiant alienabilia sine assensu Apostolico, quia esset facere fraudem legi. S. Congreg. Episcop. in Parmensi, 7. Octobris 1602.

In rebus relictis à Testatore sub ea conditione, ut alienentur, dummodo pretium inde retrahendum in beneficium ipsius Ecclesiæ iuxta piam dispositionem eiusdem testatoris integrè erogetur, non habet locum extrauagans *Ambrosio*. Interim verò penes Aedem Sacram, vel personam fidei, & facultatibus idoneam deponatur. S. Congregat. Episcop. in Ferentina, 9. Decembris 1639.

Non solum bona Ecclesiastica alienari nequeunt ex causa voluntaria, sed neque ex necessaria, puta in executionem iudicati. Vnde subhastari non possunt absque

licentia Superiorum respectiue. S. Congr. Episcop. in Vibeutana, 24. Aprilis 1648.

Imò neque debita notabilia contrahere absque Sanctæ Sedis, vel Superiorum licentia respectiue. Sac. Congr. Episc. in Mutinesi, 18. Decembris 1648.

Non licet vendere stabilia pro fabrica monasterij. S. Congregatio Episcoporum, 12. Martij 1619. Neque vendere stabilia, ut ematur census. Eadem S. Congregat. ibidem. Neque alienari debet census pro solutione aris alieni. Eadem S. Congregatio, 19. Aprilis 1619.

Animalia. Vide Affida.

Animalia Clericorum non possunt cogi à Principe ad tritandum eius, vel aliorum frumentum. S. Congregat. Immunit. in Castrensi, 7. Septembr. 1666.

Archiepiscopus.

Archiepiscopi in materia immunitatis Ecclesiasticæ non possunt recipere appellationes, neque concedere inhibitiones subditis suorum suffraganeorum, ut in literis circularibus eiusdem S. Congregationis Immunitatis.

Vide *Metropolitanus.*

Appellatio.

Appellatio regulariter non datur, nisi quando constat de iniustitia. Die 31. Augusti 1626. Theatina: *lib. 1. decr. Paul. fol. 14. à tergo.*

Ut euitetur occasio recurrendi ad Monarchiam committitur Archiepiscopis Siciliæ, ut procedant in causis appellationum: *lib. 1. decr. Paul. fol. 119. Panormitana.*

Appellatio non recipitur contra verum contumacem. Die 3. Octobris 1600. Romana in *registr. scriptur. veter.*

Appellatio non admittitur in causa violatæ immunitatis Ecclesiasticæ. Die 8. Aprilis 1642. Rossanen, *lib. 3. decr. Paul. fol. 173. à tergo.*

Appellatio non datur à declaratione Episcopi, quisnam gaudere debeat immunitate Ecclesiastica. Die 12. Ianuarij 1649. Nucien, *lib. 1. decr. Paul. fol. 69. à tergo, & fol. 85. à tergo.*

Appellatio in Bulla Gregoriana intelligitur indistinctè prohibita: in Cifaludensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 7.*

Appellatio interposita super condemnatione ad triremes habet effectum suspensiuum. S. Congreg. Episc. in Auerfana, 22. Ianu. 1591. Non obstante, quod præ timore maiorum grauaminum condemnati gratiam petierint à Iudice primæ instantiæ. Eadem S. Congr. in Massalubrensi, 17. Septembr. 1655.

Appellatio non est admittenda à comminatione Episcopi facta contra incurrentes excommunicationem, & alias censuras Ecclesiasticas à lure latas, ad dicendum causam, quare non debeant declarari incidisse; secus si comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen sub excommunicationis ab homine latae pœna. S. Congregat. Concilij, in Tropien, 17. Martij 1619.

Appellationis causa dum pendet, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit quoad Iudex ad quem appellatum est, visis actis, & causâ cognitâ, aliter decreuerit. Et tunc si à Iudicis ad quem decreto vim diffinitivæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare potest.

potest, donec per Iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum. S. Congreg. Concilij, 13. Octobris 1600.

Quando Episcopus est in quasi possessione ex alia ratione, quam feudi, cognoscendi causas civiles, vel mixtas, vel etiam criminales aliquorum laicorum, vel omnium, vt in locis, vbi Tribunalia sunt communia, appellationes à sententia Episcopi deferantur ad Tribunalia Superiora Ecclesiastica, non laica, S. Congreg. Episc. in Salernitana, 23. Nouembris 1615.

Multò magis vbi adest consuetudo, vt omnes causæ, tam actiue, quam passiuæ Ecclesiasticorum, Monasteriorum, Confraternitarum, & aliorum piorum locorum cognoscantur tantum in foro Ecclesiastico. Sac. Congr. Episc. 13. Febr. 1596. in Perusina.

Appellatio per constitutionem Gregorij XIV. de violatione immunitatis prohibita reo à sententia de tradendo illum Curie seculari, denegata censetur etiam Fisco, vel Actori, si Episcopus pronunciet, reum Ecclesiæ restituendum esse. S. Congreg. Immun. 6. Iulij 1629. & 1634.

Appellatio à declaratione censurarum in materia violatæ libertatis, vel immunitatis Ecclesiasticæ non admittitur, nisi prius Ecclesia quoad suum honorem fuerit in integrum restituta. S. Congregatio Episc. in Neapolitana, 11. Octobris 1617. in Liparensi, 4. Iulij 1620. in Rhegensi, 28. Iulij eiusdem anni, & in Syracusana, 19. Iulij 1622.

Licet à comminatione censuræ detur appellatio, S. Cong. Episc. in Capanensi, 5. Iulij 1619. non tamen datur à comminatione declarationis in materia immunitatis. S. Congreg. Concilij in Salernitana, & Tropiensi, 16. Martij 1615. Nisi Ecclesia prius fuerit redintegrata, vt in dictis Neapolitana, Liparensi, Rhegensi, & Syracusana.

Die 4. & 11. Augusti 1626. habita fuit Congregatio à S. D. N. specialiter deputata super abusibus Tribunalium, in qua:

Primò dubitatum fuit, an à Tribunali Auditoris Cameræ, & aliis Tribunalibus Curie Romanæ possint concedi inhibitiones, seu monitoria cum absolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatis per Episcopos, vel alios Ordinarios ex causa violatæ iurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, appellantis, vel aliis recurrentibus ad supradicta Tribunalia?

Secundò an in causis, quæ agitantur in supradictis Tribunalibus Curie Romanæ, possit recursus haberi ad S. Congregationem super immunitate, & controuersis iurisdictionalibus, super resolutione, vel declaratione, an sit, vel non sit commissæ violatio iurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, & non sit locus reintegrationi huiusmodi violationis, & interim debeant dicta Tribunalia supersedere vsque ad resolutionem, seu declarationem eiusdem S. Congregationis, illamque sequi, & exequi?

Quæ S. Congregatio dabiis supradictis maturo discursu, ac rationibus hinc inde deductis diligenter ponderatis, vnanimi consensu censuit, quoad primum, Tribunal Auditoris Cameræ, necnon alia Tribunalia supradicta non posse huiusmodi absolutiones concedere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam.

Quo verò ad secundum, licere partibus ad dictam Congregationem, vt suprà recurrere, & interim supradicta Tribunalia debere resolutionem, seu declarationem expectare, & illam omnino sequi, & exequi.

Sanctissimus approbavit die 5. Septembris 1626. & expresso iussu Sanctitatis suæ notificatum fuit omnibus Iudicibus Curie Romanæ pro illarum obseruantia.

Super verò huiusmodi appellationibus, & inhibitionibus dictum fuit in Congregatione habita die 27. Au-

gusti 1650. Auditorem Cameræ posse quidem concedere monitoria, & inhibitiones iis, qui ab Episcopis, vel ab aliis Ordinariis declarati fuerunt excommunicati ob violatam iurisdictionem, immunitatem, vel libertatem Ecclesiasticam, & ad Sedem Apostolicam appellarunt, cum ab huiusmodi declaratione, nisi excessus sit notorius, detur appellatio ad vtrumque effectum, & Auditor Cameræ sit Iudex Ordinarius quarumcunque appellationum, quæ à sententiis per Ordinarios latis, etiam extra statum Ecclesiasticum, ad eandem Sedem interponuntur. Sed non posse eos absolueri, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, obstante decreto hac de re edito, & ab Urbano VIII. confirmato, quod S. Congregatio seruari mandauit.

Apotheca.

Apothecæ locatæ vsui prophanorum gaudent immunitate Ecclesiastica. Die 13. Iulij 1637. Verulana: lib. 3. decr. Paul. fol. 38. à tergo.

Apothecæ sitæ sub Palatio Episcopali locatæ laicis non gaudent immunitate Ecclesiastica. Die 28. Februarij 1662. lib. decr. Roccij, fol. 387. à tergo.

Censuit apothecas locatas vsui profano (vt dicitur) di Pizzicane, di Tauerne, & similia, non gaudere immunitate Ecclesiastica. Hoc pluries declaratum fuit, quando habent ingressum in viam publicam, & non per intus claustra Hospitalis.

Archimandrita.

Palatium Archimandritæ gaudet immunitate, vbi adest consuetudo. Messanensis.

Familiaris eiusdem gaudet priuilegio fori, concurrente legitimâ consuetudine.

Archimandrita potest procedere contra laicos turbantes eum in exercitio suæ iurisdictionis. Die 6. Nouembris 1634. lib. 2. decr. Paul. fol. 106.

Arma?

Non licet Curie seculari auferre arma à confugientibus ad loca immunia. Die 11. Augusti 1631. in Matulana: lib. 2. decr. Paul. fol. 86. à tergo. In vna Tranensi, die 6. Nouembris 1634. lib. 2. decr. Paul. fol. 207. à tergo. In vna Neritonensi, die 17. Ianuarij 1628. lib. 1. decr. Paul. fol. 80.

Arma oblata à confugientibus ad Ecclesiam sunt restituenda. Die 9. Iulij 1637. in Ianuensi: decr. Paul. fol. 34.

Proceditur contra auferentes arma à confugientibus. Die 3. Ianuarij 1632. in Castrensi: lib. 2. decr. Paul. fol. 110. In vna Maturanensi, die 15. Iulij 1636. lib. 3. decr. Paul. fol. 9. à tergo.

Sequuta restitutione possunt absolui in forma consueta Ecclesiæ. Die 10. Nouembris 1638. in Ianuensi: lib. 3. decr. Paul. fol. 77. In vna Maturanensi, die 19. Ianuarij 1638. lib. decr. Paul. folio 56. à tergo.

Arma etiam prohibita non possunt auferri à Curia seculari. Die 6. Ianuarij 1635. in Venusina: lib. 2. decr. Paul. fol. 215.

Nec à Clericis etiam coniugatis. Die 7. Decembris 1638. in Cusentina: lib. 3. decr. Paul. fol. 80. à tergo.

Pro iustificando corpore delicti Ordinarij possunt extrahere arma ab Ecclesia, quæ postea sunt reportanda. Die 10. Iulij 1640. in Tudertina: lib. 3. decr. Paul. fol. 124.

Curia laicalis non potest auferre arma prohibita intra Ecclesiam, nec à Clericis deferentibus: nec perducere ad carceres sine licentia Episcopi. Die 18. Martij 1631. in

1631. in *Adiacensi*: lib. 2. *decr. Paul.* fol. 98.

Episcopus cum legitimâ causâ potest dare licentiam delationis armorum Clericis. Die 18. Iunii 1658. in *Bilicastro*: lib. *decr. Roccy*, fol. 92. à *tergo*.

Armorum prohibitorum gestatio, quamvis in Ecclesiis delictum sit, non est tamen de comprehensis in constitutione Gregoriana. S. Congreg. Episcop. in *Salernitana*, 30. Septembris 1616.

In prohibitione venationis, vel delationis armorum, etiam prohibitorum, facta quibuscumque, etiam Clericis, non debet apponi poena excommunicationis ipso facto incurrendæ, nec privatio privilegij Clericalis, sed aliæ poenæ Sacrorum Canonum. S. Congreg. Episc. 2. Aprilis 1601. & *Liciensis*, 18. Iunii 1602. & in *Squillacensi*, 15. Iulij 1603. & in alia *Liciensi* 5. Aprilis 1604.

Arma per Principes sæculares prohibita teneri non possunt, neque in Conuentibus Ecclesiasticorum, tam sæcularium, quàm Regularium. S. Congregatio Episcop. 4. Martij 1603.

Index laicus non potest in Ecclesia auferre reo arma prohibita sine licentia Episcopi. S. Congreg. Episc. in *Sipontina*, 12. Maij 1604. & in *Salernitana*, 30. Septembris 1616.

Assessor.

Assessor Archiepiscopi gaudet privilegio fori, non autem exemptione à gabellis. Die 14. Ianuarij 1630. in *Panormitana*: lib. 2. *decr. Paul.* fol. 24.

Domesticus Iudicis, vel assessoris, qui & ipse Iudex dicitur, maximè si sit electus ex necessitate in defectum Doctoratus Iudicis, non potest esse Aduocatus, vel Procurator coram eodem Iudice, vel assessore, sub poenis arbitrio S. Congreg. Episc. Civitatis Ducalis, 28. Octobris 1586.

Aromataria.

Regulares possunt exercere aromatarias pro eorum usu, & pauperum. Die 21. Novembris 1635. in *Barchinonensi*: lib. 2. *decr. Paul.* fol. 237. à *tergo*.

Clerici non possunt exercere officium aromatarij, neque in Hospitalibus, sine licentia Papæ, vel S. Congregationis. S. Congreg. Episcop. in *Panormitana*, 23. Aprilis 1591.

Regulares item non possunt aromatariam tenere, nisi pro seipsis. Quo casu visitari non potest à Protomedico. S. Congreg. Episc. 9. Ianuarij 1602. Sicut nec aliquam aliam artem, siue apothecam, nisi pro seipsis. S. Visitatio Apostolica, 29. Augusti 1637.

Permitti potest Regularibus, & Monialibus, præsertim pauperibus, vendere medicinalia suæ aromataria renouandæ gratiâ, maximè pretiis moderatis. S. Congreg. Episc. 26. Maij 1602. & 11. Octobris 1647.

Supradictum autem decretum Visitacionis Apostolicæ non habet locum extra Urbem. Eadem S. Congreg. in *Neapolitana*, 5. Octobris 1646.

Idem dicendum de aliis locis piis. S. Congreg. Episc. in *Mediolanensi*, 30. Aprilis 1655.

Assassinus.

Rei criminis assassini non gaudent immunitate Ecclesiæ. Greg. XIV.

Antequam tamen sequatur effectus, qui pecuniam dedit propter homicidium, gaudet immunitate. S. Congreg. Episc. in *Sarzanensi*, 21. Febr. 1620.

Gaudet qui mandat, seu mandatum recipit, vel cooperatur propter pretium acceptum, vel promissum ad

fugiendum, seu vulnerandum; quia tales improprie dicuntur assassini. S. Congr. Episc. in *Neapolitana*, 25. Iun. 1601.

Auditor Episcop.

Auditor Episcopi Clericus coniugatus gaudet privilegio fori, etiam quoad personalia. Die 30. Aprilis 1626. In *Lancianensi*: in *Registro script. veterum*.

Auditor Camera.

Non habet facultatem absoluendi à censuris in causis violationis immunitatis ecclesiasticæ, nec cum reincidentia: nec concedere inhibitiones. Die 27. Ianuarij. *Alatrina*: lib. 3. *decr. Paul.* fol. 194. Die 10. Ianuarij 1639. *Grauinensis*: lib. 3. *decr. Paul.* fol. 83. à *tergo*. Die 1. Iulij 1642. *Capritanensis*: lib. 3. *decr. Paul.* fol. 172. à *tergo*.

Auditor Camera, & quivis alius Iudex Romanæ Curia non potest hodie cognoscere de causis externis in prima instantia, nec monitoria concedere ad extrahendas partes à suis domiciliis, neque de consensu Ordinarij, tum propter præiudicium iurij Metropolitanij, tum ne subditi vexentur inuiti. S. Congreg. Episc. in *Liciensi*, 30. Iulij, & 15. Augusti 1613.

Et si concedat, debet illa reuocare absque citatione partis, tanquam concessa de facto. S. Congr. Episc. in *Terracinensi*, 2. Septembris 1622.

Auditor Camera inhibere non potest Episcopo, ne procedat contra Curatum non residentem, neque Ordinatio præcipere, ut admittat resignationem. S. Congreg. Episc. in *Aquensi*, 6. Iulij 1613. & 7. Decembris 1645.

Nec absolvere iuste excommunicatum ab Ordinario, putà quia non paruit præcepto Paschali, neque cum præfatione termini ad parendum. Eadem S. Congr. in *Bovinensi*, 7. Iulij 1652.

Auditor Camera est Iudex competens causarum quarumcunque Prælatorum, Officialium Romanæ Curia, Oratorum, Curialium, Notariorum Camera, & familiarium eorumdem, campforum, & mercatorum, ac pensionum, quamvis solutio alibi facienda esset. Est insuper executor omnium literarum Apostolicarum; ubi quidem nullus alius est deputatus executor, solus, ac privatiuè; ubi verò deputati sunt alij, cumulatiuè. Remissorias, & compulsorias dat, monitoria ad partes decernit, censuras promulgar, ac solus cognoscit de causis, & litibus ortis vigore obligationis Cameralis, & potest in partibus citare in prima instantia, non obstante decreto Concilij Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. Pius IV. *const.* 33. Paulus V. *constit.* 28. & S. Episcop. Congr. in *Pistoriensi*, 18. Aprilis 1595.

Ordinarius quoque tenetur exequi citationes, & monitoria Auditoris Camera. S. Congr. Episc. in *Pistrensi*, 18. Aprilis 1594. & in *Feretrana* 6. Augusti 1602. Auditor Camera inhibere non potest Metropolitanò, ne se ingerat in causis suffraganeis, vel subditorum eiusdem, tam motis, quàm mouendis. S. Congr. Episc. in *Rhegiensi*, 17. Septembris 1655.

Vide *Appellatio*.

B

Ballivus.

Ballivus Curia Episcopalis si inseruiat etiam Gubernatori, potest puniri ab eo, si deliquerit in eius seruitio. Die 23. Septembris 1653. in *Forosemproniensi*: lib. 5. *decr. Paul.* fol. 22.

Ballivus